& ista anima que audit uocem iuramenti & testis est· uel quae uid& aliquid & conscia est
& non indicat· ex quo accepit &iam ipsa peccatum eius· sine dubio qui inique aut egit ali
quid aut iurauit· hoc &iam secundum historiam nos aedificat & doc&· ne umquam
in peccatis alterius polluamur· conscientias nr̄as· nec consensionem male agentibus pre
beamus· consensum autem dico· non solum pariter agendo· sed &iam que inlicita ges
ta sunt reticendo· uis autem scire quia consentiant haec &iam euangelicis preceptis.
Dn̄s dicit· si uideris fratrem tuum peccare argue eum inter te & ipsum solum. Si te au
dierit lucratus es fratrem tuum· quod si te non audierit adhibe tecum· alios duos.
uel tres· quod si nec ipsos audierit dic ecclesiae. Si uero nec ecclesiam audierit sit tibi
sicut &hnicus· & publicanus. Sed et euangelicum preceptum meo perfectius datum ē
quod indicandi peccati modum disciplinam que constituit· non uult enim te si for
te peccatum uideris fratris tui continuo euolare ad publicum & proclamare· passim
ac diuulgare aliena peccata· quod ess& utique non corrigentis sed potius infamantis.
Solus inquid inter te & ipsum solum corripe eum· Ubi enim seruari sibi mysterium
uiderit ille qui peccat seruabit & ipse emendationis pudorem· Si uero diffamari
se uiderit· illico ad denegandi inpudentiam conuertetur· & non solum non emenda
ueris peccatum sed & duplicaueris. Disce ergo ex euangelii ordinem· primum
inquid solus inter te & ipsum· secundo adhibe tecum alios duos uel tres· quare duos
uel tres in ore enim inquid duorum uel trium testium stabit omne uerbum· Quo
quidem tertio correptionem mandabat ad ecclesiam deferendam· In secundo uult
duos uel tres testes adhiberi· quibus presentibus correptus si emendare se non uult
cum ad ecclesiam delatum fuerit eius peccatum possit tunc duobus adhibitis
testibus confutari· frequenter enim accedit· ut uolens quis euangelicum imple
re mandatum· calumniator uideatur. si crimen deferat ad ecclesiam & deficiat
testibus. Ne ergo hoc accedat idcirco duo uel tres testibus in secunda conuentione
iussit adhiberi· cum ergo & euangelii tale mandatum· sit & lex precipiat quasi
tacuerit accipi& peccatum eius sciendum est quod si quis ea quae uid& in delic
to proximi sui· uel non indicat secundum regulam superius datam· uel in testi
monium uocatus non que uera sunt dixerit· peccatum quod commisit ille quem ce
lat ipse suscipi&· & poena commissi reuoluetur ad conscium· Sufficienter ergo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0406